

diuersa ppinquierq; via , qua mercurius
paruo dispendio, laboreque minori, sine
congelatione transmutatur in lunam.
Quisque libenter hanc artem addisceret
in Alchimia tam leuem atque facilem ,
per quam breui tempore , solis & lunæ
plurimum extruere valeret, aliæq; sibi tæ-
dio sunt scripturæ , promptitudines , &
verba, quæ non ita leuiter fieri declarant:
quinam sibi foret agendum , hoc & ad
hunc facito modum libenter audiret, o-
perare sic, & habebis solem & lunam co-
piosissimè, quibus in ditissimum virum e-
uades. Qui sic , tantisper expecta quæso
donec labore sine breuibus verbis de-
claretur , præmansumque tibi cadat in
stomachum, ex saturno & mercurio bre-
uis extruendi solem & lunam scientia.
Non est nec esse poterit vnquam hæc ars
inuentu factuq; tam cōmunis , atq; in sei-
psa facilis existit. Solem (inquam) & lunā
fabricandi promptitudo, per Alchimiam
leuior est, quàm sit necessariū aliquo do-
cumento, vel scriptis maiorē facere men-
tionem ea, quæ de annali niue fieri con-
suevit. Quotquot vtiq; mercuriū iudicāt

O 4